



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 19. De spectantibus ad votum ex parte vouentis,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

grauius iniuria, saltem ob verborum temeritatem & contumeliam: multo magis censeri debet respectu Dei, saltem ob voluntatem proferendi verba, quae grauius blasphemæ habent rationem.

Secundus casus est: quando quis ita votum aliquid contra consilium: ut v.g. non mutuare ut velit se obligare etiam pro eo tempore, in quo idem consilium habet vim pracepti: seu, quod idem est, pro tempore grauius necessitatibus. Hunc idem Caet. 2. 2. q. 88. art. 2. col. 3. refert: & post ipsum Nauar. in eod. c. 12. n. 29. & 35. ac Sotus in memorato art. 3. paulo ante solutionem argumentorum. Satisq; probatur ex precedente casu, cuius tunc rationem induit: cum taliter vovere perinde sit, ac vovere aliquid mortaliter illicitum.

Tertius casus est: cum quis talia vota emittens, satis quidem adiurit quid faciat, se nimurum attribuere Deo quod ei minime conuenit (quale est eiusmodi votorum vincula acceptare) nihilominus prudens, & sciens vult se illis adstringere. Tunc enim quodam blasphemæ peccatum committitur: vt pote quo tributum Deo, quod est ab ipso alienum. Hunc quoque casum Caet. ipse habet in memorata col. 3. cum eq; Sotus in citato art. 3. paulo post 5. concl. & paulo ante solutionem argumentorum, ac etiam Armilla in verbo Votum num. 1. Intelligendus est autem cum hac exceptione: nisi quis talia vovere bona fide, putans quid huiusmodi Deo parum displicere (sicut peccata venialia minorum) quoniam si non excluderet charitatem, & ideo peccaret solummodo venialiter, vt idem Caet. habet in proposito cap. 2. & Armilla in eodem num. 1. ac Nauar. in memorato num. 35. addens bene leuius futurum, si minime adiurteret se in eo rem Deo ingratam admittere.

Venialiter autem solummodo peccare enim qui de materia indebita votum facit: contingit imprimis quando votum fit de indifferentibus, vt in eod. supra cit. c. 2. Caet. annotat, cui consentit Sotus in dubio 2. post memoratam quintam conclusionem: inquit, tale quid vovere, peccatum esse vanitas. Pro quo facit, quod esti talis materia non sit aperte voto, vt ante ostensum est, iniuriola ramen & contumeliosa Deo non est: nec illam vovere significat aliquid Deo, repugnans ipsius bonitati, sicut vovere aliquid peccatum, vt censeri debeat in re leui, tanquam blasphemus peccare mortaliter. Contingit præterea cum votum fit de ijs quæ opposita sunt consilij, vt de non mutantio, vel de non fideiubendo extra extremam necessitatem, vel de non ingrediendo religionem: quia nisi id fiat ex contemptu eorumdem consiliorum, aut sub aliqua ratione mali, per quam ipsum repugnat diuinæ bonitati, non habet aliam malitiam quam vanitatis: quia minus bonum meliori anteponitur. Quæ est doctrina Caet. ad antea memoratum artic. 2. col. 3. Nauar. in eod. cap. 12. num. 29. & Sotus in citato art. 3. paulo ante solutionem argumentorum.

An autem idem contingat etiam, quando votum fit de veniali, difficultas est, quam consequenter Suarez tractat loco cit. num. 8. & aliquot sequentib; atque cum Caetano contra Sotum tener peccatum esse mortale, votum Deo facere de peccato veniali: si is qui ita votum cognoscat & adiurit quid faciat: nempe se attribuere Deo approbationem peccati, sine qua tale votum nequit acceptari. Quia igitur peccatum veniale leue quidem est de se: sed ex circumstantia irreligiositas, per quam offertur Deo, graue est, valdeq; ei iniuriostum (vt pote destruens si fieri posset, ipsius infinitam bonitatem, quæ non patitur secum approbationem cuiuscumque peccati) fit ut quantumcumque illius perpetratio non sit de se mortaliss: si tam illius promissio facta Deo, tanquam blasphemæ: vt pote quæ de facto est velut assertio, quod Deo talis culpa placeat: & ex consequenti, quod ipse non sit summe bonus. Quia in re excusatio à mortali ex levitate materia non haber locum, vt confirmatur à simili: quia iurare mendacium quantumvis minimum, peccatum est mortale eo nomine: si Deus illud restaretur, veritas ipsius infallibilis destrueretur.

Aduerte, quod eriam idem bene notat in numero 11. non tantum facere tale votum, sed etiam illud implere, tanquam cultum Deo delatum, peccatum esse mortale: quia id est opere ipso Deum colere peccatis, & obligare

hominem ad faciendum peccatum. Quamquam, prout adhuc idem habet in sequenti num. 13. excusatio à mortali in tali voti materia, potest locum habere ex inconsideratione invincibili, qua quis non adiurit ad id quod facit, nesciens an promittat Deo necne: aut saltem non adiurans, tali sua promissione aut illius executione, significari eiusmodi opus placere Deo.

C A P. XIX.

De spectantibus ad votum ex parte voventis.

S V M M A R I V M.

- 258 Votum factum sine intentione vovendi est nullum.
259 Ad illud nihilominus seruandum compelli interdum quæ potest, tum auctoritate ecclie, tum ratione scandali.
260 Ecclesia iuste compellente, tenetur in conscientia seruare votum, qui illud emitit fide.
261 Vovere fide, de se suo genere solum est veniale: & quando sit mortale ex accidente.
262 Validum est votum factum intentione vovendi, etiam si factum sit intentione illud non implendi.
263 Quod sentientiam sit de voto factum sine intentione se obligandi.
264 Duo modi quibus actus vovendi censeri potest imperfectus.
265 Imperfectio actus, ex qua tanquam indelibatus, constituit votum invalidum.
266 Altera imperfectio actus, que quoniam non excludit deliberationem ad p. c. atum mortale sufficientem, constituit votum validum.
267 Ad voti validitatem nec maior deliberatio requiritur quam ad peccatum mortale, nec minor sufficit.
268 Eadem deliberatio potest brevissimo tempore, atque adeo imperceptibili fieri.
269 Quid sit tenendum de votis precipit. antefactis.
270 Quid de factis a commoto ira aut bene portato, aut metu percullo.
271 Imperfectio factis qua solemne votum religionis in validum redditur.
272 Tale, ne quidem tanquam simplex, valere.
273 Quaratione spectari debet eiusmodi imperfectio.
274 Quod votum simplex antepubertatis annos emissum, valere possit.
275 Quod de legitimo rationis vsu non sit indicandum ex certo tempore.

N Voro ex parte voventis quinque consideranda sunt ad recte ferendum de illius obligatione iudicium. 1. est fallacia, 2. imperfectio actus 3. imperfectio actatis, 4. subiectio voventis, & 5. ciudem intentio. De qua tamen commodius dicetur in seq. cap. 20. vi & subiectione in cap. 21.

S E C T I O. I.

Defallacia.

Q Vod attinet ad fallaciæ notandum est ex Caet. in verbo Votum cap. 3. eam in votis contingere dupliciter: uno modo cum vovens non intendit, sed simulat vovere: altero, cum non intendit seruare quod vovet.

Ac priore modo votum est nullum: ad quod cōfirmandum facit, quod ex cap. Humanæ aures 22. quæst. 5. in eius generis actibus humanis, non sint tantum consideranda verba, sed voluntas & intentio: cum non intentio verbis deseruire debeat, sed verba intentioni. Facit etiam, quod inter homines, quidquid quis verbo promissorio dicat, si ostendat se non habere intentionem verbis cōfōrmem, non existimat se obligasse. Facit demum lex Obligationum 1. ff. De obligationibus & actionibus in qua statuitur sine animo obligandis, nullam oriri obligationem in contractibus. Quam doctrinam tradens idem Caetano. 2. 2. quæst. 88. art. 1. col. vlt. (& cum eo Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 27. & 38. Sotus lib. 7. de iust. & iure quæst. prima art. 2. pag. penultima) addit, nihilominus eum qui vovere facit, compellendum esse votum adimplere.

Id quod verum quidem est, quoad forum externum: quia in eo temere ijs crederetur, qui assentunt postquam vota emiserunt, se absque animo vouendi, ea emisisse. Etenim dicentes se mentitos, Deo, merito iudicatur mentiri quoque hominibus, nisi contrariū aperte ostendant. Sed quoad forum conscientię, videtur plane tenendum oppositū: quandoquidem reuera quoad Deum, votum fuit nullum: neq; vllum ecclesie statutum appetet, quod in conscientiis compellat ad talis voti obseruationem.

^{259.} Quanquam fieri potest, ut quis ad eam compellatur in externo foro Ecclesiastico: quia cum de occultis Ecclesia non iudicet, si in illo foro constet aliquem emisisse votum, quisquis fuerit ipsius animus occultus, compelletur ad illud admplendum nec fides ei adhibebitur, *iuxta cap. Pertusa De probationibus*, quantumvis affimet, etiam sub iuramento, fideiſe vouisse. Nam cum eadem via confiteatur se mentitum fusile Deo, ostendit se indignum esse fidei. Si enim mentitus est quando libere vout: quomodo credetur ei quando contra suam voluntatem cogetur exequi id quod vout?

^{260.} Ceterum compulsa ab Ecclesia in tali casu, tenetur parere: non quidem ratione voti, sed ratione iusti precepti legitime sibi impositi: cui si nequeat aliter satisfacere qua mutando animum, poterit & ad id obligari: quia licet voti emissio per se, tantum sit in consilio: per accidentem tamen potest quis ad eam obligari: ad vitandam nouam culpam, ex sua priori prouenturam. Sic enim is qui sacram ordinem iusceret habendo voluntatem expremat non obligandi se ad perpetuam continentiam, compelli potest praecepto Ecclesie, ad hanc youndam: cum id sit necessarium ad vitandam ignominiam, quam status clericalis incurreret ex iniuria sacro ordinis illata, per violationem sanctissime conuersitudinis in ecclesia receptae.

Quin etiam fieri potest, ut absque speciali ecclesiæ precepto, ex voto fidei oratur obligatio, ratione scandali quod sequeretur, nisi illud seruaretur tam que hoc, quam illud Caeterum attigit in cit. col. vltima his verbis. Et licet sic voulens (ficte intellige) non tenetur seruare promissum ratione voti, tenetur tamen ratione ecclesie (illum scilicet iuste competentis) & scandali. Id autem intelligentium est de scandalo, cum ipsum nequit aliter vitari. Nam ex Soto supra memorato, excusari potest in hac re is etiam, qui solemniter vout sine animo vouendi, discedens in prouinciam in qua votum ipsum non sit notum.

^{261.} Porro voulere ficte, est de se & secundum substantiam actus peccatum solumente veniale, cum malitia suam positam habeat in mendacio, quo tantum homini impunitur: non autem Deo, qui falli non potest: ideoque nullum diuinum attributum querit, vnde dicatur coniunctam habere notabilem Dei iniuriam, mortalis malitia constitutiuam. Nec necesse est cam esti cum graui voulentis iniuria. Potest enim rationem mendaciis officiosi interdum habere, ut cum quis ad illud compellitur incusso metu graui malorum, à quibus se ea ratione liberare intendit. Nec item necesse est cum graui laſione proximi esse, ut manifestum est. Nihil ergo datur vnde censeatur per se, ac de se mortalis.

Ex accidentaria conditione vero, mortale esse potest voulere ficte. Primo, si id fieret intendendo fallere Deum (quod nulli nisi stulto potest contingere) quia errorem in fide, atque adeo blasphemiam includeret. Secundo, si id fieret ex contemptu, aut cum graui scandalo: vt si quis religionem ficte voulteret in illius derisu, aut cum aliquo graui scandalo. Tertio, si inde fieret, ut aliquis graue dampnum iniuste patueretur. Videri potest Suarez de relig. tract. 6. lib. 5. cap. 1. num. 4. 5. & 6.

^{262.} Quod attinet ad alterum modum, tunc contingentem, cum quis etiam intendat voulere, non intendit tamen implere votum: tenendum est, cum qui sic voulere, votum validū facere, ex illoq; perinde obligari ac si animum habuisset admplendi. Ratio est, quia ex promissione vere facta, sequitur obligatio tanquam naturalis effectus eius. Neq; peruerſum illud propositum non implendi, eximit ab ipso voti vinculo. Istud habet Caier. adhuc in columna vltima, Sotus pag. penultima, & Nan. in n. 27. & 38. ante memoratis.

Porro tali modo voulere, perinde ac votum violare, peccatum est suo genere mortale: quia propositum peccandi, & illius executio sunt eiusdem malitiae. Ipsius malitia autem augente ex eo, quod eiusmodi propositum habeat coniunctum animum voulendi, prout nu. 220. antea attigimus. Vnde fit ut peccato violationis voti suspectadatur in eo peculiaris deformitas irreligiositatis, qua quis licet sciat Deum falli non posse, nihilque pium latere: adeo impudenter se erga eum gerit, ut audiat ei voulere (etiam animo promittendi) fecum statuens non implere promissum taliter factum. Quia in re notabilem Dei irreuerentiam contingere, vix negari potest, quin consequenter negandum sit, obligationem esse tale quid aperiendi in confessione: quod vix homo timoratae conscientiae, sibi in praxi persuasus.

^{263.} Tertii modi, quo voulere intedit quidem voulere, sed non habet animum se obligandi Caier. videri potest ideo non meminisse, quod reducatur ad priorem duorum traditorum. Eo enim ipso, quod quis voulere sine animo se obligandi, voulit quoque sine animo voulendi: cum fieri nequeat ut votum sit verum, nec ex eo leguarut obligatio, quae est illius effectus naturalis: adeo ut ex negatione vnius necessario inferatur negatio alterius. De qua re Suarez in memorato tractatu lib. 1. cap. 3. num. 4. & aliquo sequentibus.

Atque inter cetera admonet, quoad eum qui tale votum faceret ex ignorantia: si haec sit prava dispositio nis, id est, erroris quo credat se non obligari voulendo, ideoq; voulat, non manere obligatum: quia tunc nec explicite nec implicite vult obligari: utpote existimans se facere auctum ex quo nullam contrahat obligationem: vnde nulla dabitur qua censi debat libera sive in se, sive in sua causa. Nec obstabit quod ignorantia sit vincibilis, quia esti ea non sufficiat ad excusandum à mortali, tamen sufficit ad impedirem ad libertatem plenam voluntatis. Sin autem ignorantia sit pura negationis, seu qua necrit quis an votum habet vim obligandi necne: voulentē cum expressa intentione nō obligandi se, non obligari: quia votū ipsius est limitatum conditione, quam putat posibilem, ut si votum nō obliget, velit voulere. Quod si voulere sine tali expressa intentione, votum valerer: non obstante eiusmodi ignorantia: quia licet ignorat voti naturam: vult tamen ipsum prout in se est, & consuetum est fieri: quod sufficit ad illius validitatem: sicut ad validum contractum matrimonii sufficit, ut quis velit illud in re more ceterorum, ciuam si ignorat illius vinculum esse indissolubile.

S E C T I O N I I .

De imperfectione actus.

^{264.} Qvod ad imperfectionem actus spectat, Caier. in cit. Verbo Votum cap. 3. notat illam in votis interdum inueniri per modū primi motus: ut cum fuit ex surreptione, id est, sine ratione ad id quod agitur aduentura, quā deliberatio omnino requirit. Interdum vero fieri per modū defectus plene, & discursus deliberationis: prout contingit in votis quae fuit ex metu repentinorum malorum, aut ex magno dolore, aut ex leuite animi, vel ex prontitate ad voulendum.

Prioris autem modi imperfectionem contingentem in voulendo, in impedire no votum validum sit & obligatorium, communem doctrinam esse notat Suarez in citato lib. 1. cap. 6. num. 4. Fundatur in eo, quod excludat deliberationem, quae requiritur ad votum, vapore quod est actus liber natura sua, tanquam in hominis arbitrio, de se relietus: prout pareat ex initio cap. Licer, De voto. Et confirmatur, quia votum est lex quædam priuata, quam horum fibimet imponit: seu contractus quo se Deo obligat sua voluntate. Præter Caeterum & alios quorum Suarez meminit, eamdem doctrinam expresserunt Armilla in verbo votum §. 6. & Sotus lib. 7. de iusl. & iure, quæst. prima art. secundo paulo post ultimam conclusionem,

Vbi & reficit quod tradit Angelus in verbo Votum I. §. 6. signum esse quod votum indeliberate & ex surreptione factum sit, si is qui voulit, statim transacta angustia periculi, sit male contentus, ipsumque peniteat quod votum

emiserit. Illa enim displicentia non arguit defuisse illi deliberationem sufficientem. Nam eum etiam qui diu deliberauit antequam voveret, potest postea penitere voti facti: nec tamen ideo negari potest illud fuisse validum, ut nec fuisse factum cum sufficienti deliberatione. Idem signum rejicit quoque Palud. in 4. distinct. 38. quest. 1. definitione 2. & post eum D. Antonius 2. part. titul. 11. cap. 2. in principio, notab. 6. Sylvest. item in verbo Votum 2. questione 13. Aliud lignum adserit ex Panormit. Suarez in legum. capitulo, numero 12. si passio ex qua quis voveret tanta fuerit, vt ea non interueniente, nullo modo voveretur. Rejicit autem: tum quia multa per occasionem sunt, quae alioqui non fuerint, & nihilominus sunt valida, quia non obstante occasione eiusmodi, voluntate sufficienter libera præstutus est illis consensu plenus: tum quia, quid homo faceret confante tali passione: sicut nihil conferit ad meritum aut demeritum: ita nec ad voti validitatem aut inutilitatem. Itaq; votum relinquentem est prudentis arbitrio, in quo expendenda est potissimum videntis aduentitia, aut inaduentitia ad id quod egit.

266. Quod attinet ad imperfectionem posterioris modi: si ea non sit tanta, ut excludat deliberationem, qua ad mortaliter peccandum sufficeret: eam non annulare vota, quae ipsa interueniente fuerint omessa; adeo ut talia obligent quantumcumque deliberatio non sit habita longo rationis discursu & præmeditatione: nec ita plene, ut nihil relinquitur non præmeditatum ac discessum. Ita tenet Paludanus loco citato, & post eum Diuus Antoninus, Sylvest. Caietanus, & Sotus locis citatis, ac Nauarus in Enchir. cap. 12. numero 24. communemque sententiam esse monet Suarez in memorato cap. 9. numero 4. Pro qua facit quod iuxta cap. Dudum, De conuersione coniugar. votum factum calore iracundiae non auferentis usum rationis, sit validum. Item quod ex cap. 2. De voto, validum fuerit votum Ierosolymitanæ peregrinationis, factum à quodam in puerili ætate. Existimandum sit vero non sit in calore iracundiae, vel in puerili iudicio adhibitam fuisse deliberationem illam exactam, quae res omnino plene expenderetur, nihil relinquendo indiscessum.

267. Accedit ratio, quam habet glossa ad cap. Mulier, 32. quest. 2. verbo Mulier, quod qui potest se obligare diabolo, possit & Deo. Vnde sequitur, posse quem cum ei deliberatione se per votum Deo adstringere, cum qua posset per peccatum mortale adstringere diabolo. Quod confirmatur: quia dicens requiri maiorem, debet assignare quantitatem, qua debet excedere. Id autem vix ac non vix quidem potest cum sufficienti fundamento fieri. Sufficere autem eam qua satis sit ad peccatum veniale, Sotus loco citato bene reicit: quia implicatio quædam contradictionis est, aliquem posse sub mortali se obligare, prout sit in voto, cum ea deliberatione, cum qua non posset mortaliter peccare. Regula igitur optima iudicandi de validitate voti ex parte deliberationis, est ut si ea talis fuerit, sive formalis, sive virtutis, qua sufficeret ad mortale, censorum sufficere quoque ad votum validum. Quo pertinent quæ latius tractat Suarez in leg. cap. 10.

268. Non existimes vero deliberationem ad votum sufficientem requirent multum temporis. Nam brevissime haberi potest, quemadmodum notant Paludanus, Diuus Antoninus, & Sylvest. locis citatis: immo adeo breui, ut successio illius imperceptibilis sit: prout ex Caiet. & Gabriele Suarez habet in primito citato cap. 9. nu. 14. Et Nauar. (habito respectu ad proxim) dici potest significare voluisse in Enchir. cap. 12. nu. 26. docens non requiri, ut deliberatio votum præcedat tempore: quia nimurum tempore precedens, cum sit discursus, constat inquisitione aliqua, & iudicio de præmissis, ex quibus concludatur, & voluntati proponatur votendum esse.

269. Ex qua doctrina consequens est, valida esse vota, quae fiunt ex timore malorum repentinorum, aut ex magno dolore, aut ex vehementi ira, aut ex facilis propensione ad votandum. Quanquam ex eo, quod talia sint minus plena (vix potest quibus defuit plenitudo modi votandi, per exceptam scilicet deliberationem), considerationem vœ om-

nium quæ ad rem propositam pertinerent) censeri possit subesse causas sufficientes dispensandi in illis. Erat docent locis citatis Caiet. Paludanus, D. Antoninus, Sylu. & Nauarus num. 24. & 52. ac Sotus ante solutionem argumentorum. Si quis objiciat tale votum esse imprudens, & ideo non placere Deo, Suarez in fine eiusdem cap. non responderet: tale votum quoad imprudentiam, & malitiam, si qua forte inde contrahatur, non placere quidem Deo, nihilominus tamen acceptari obligationem adstringentem ad aliud quod facit ad ipsius gloriam: ideoq; est apta materia voti, cum sufficienti deliberatione facti. Adde quod esti talis modus reprehensibilis sit, fieri tamen possit ut excusetur per inaduentiam invincibilem.

Duo autem ibidem Sotus monet notatu digna pro praxi. Vnum est, in talibus votis deliberationem sufficientem adfuisse censeri debere, cum videntis aduentit probe, ac iudicavit quid facere: nempe quod tale quid Deo promitteret: perinde ac censetur deliberatio sufficientis ad peccatum homicidij, cum quis aduentit probe, ac iudicat, se interficere hominem. Alterum est, inique eum facere, qui cum deliberare videntur ad aliquid obtinendum à Deo: obtento eo, dispensationem petit, quia licet repentina deliberatio talem petitionem permittat, causa tamē videnti, beneficiumque receptum, ingratitudinis arguant petentem.

270. Idem autem quod de predictis, pariter sentiendum est de votis, quæ quis iratus, aut bene portatus emisit. Nam nisi ira aut portatio rationis iudicium talis sic abstulerit, ut obiectum defectum mortaliter peccare non posset: illa censentur vota valida, ut in ijsdem locis habent Palud. D. Anton. Sylu. Sotus & Nauar. Ad quod confirmandum inducunt potest cap. 5. ut nobis, De regularibus: vbi ad voti impletionem obligatur is, qui illud emisit laborans maxima aegritudine: & ideo, ut existimare licet, minus maturo conilio, minusque perfecta deliberatione.

Cæterum quamvis pari ratione validum sit votum, quod quis mortis, alteriusve mali metu corruptus emittit cum sufficienti deliberatione: non valet tamen illud quod fit quidem cum deliberatione ad peccandum mortaliter sufficienti: sed per metum ab homine alteri incussum ad hoc, ut illud faceret: iuxta ea quæ circa eamdem materiam Trident. definit. 25. cap. 19. De regularibus. Illam fuse persequitur Suarez in memorato lib. i. cap. 7. & 8. Nobis sufficere possunt tradenda in seq. lib. 25. cap. 4. sect. 1. & 2. Quæ enim illic dicentur de metu irritante, aut irritabilem redente contractum, non erit difficile accommodare ad votum, ut ad illius speciem quædam.

SECTIO III.

De imperfectione votis.

271. Imperfectio votis hic dicitur votis ante pubertatem. De qua notat Caiet. in verbo Votum cap. 3. eam efficere ut solerantem votum religionis emissum in ea, sit inutilidum ex statuto Ecclesiæ ipsum irritantis. Quæ est D. Thomæ doctrina 2. 2. quest. 88. art. 9. & 189. art. 5. ac cum eo D. Antonini 3. partit. 16. cap. 3. in principio; Sylu. in verbo Religio 3. quest. 2. & 4. Sotis lib. 7. De inst. & iure quest. 2. art. 2. habereturque ex cap. 1. De regularib. in 6. Quod vero ecclesia aliquid tale possit, bene tractat Suarez in tract. 6. De religione lib. 3. cap. 3. quem qui volet consular, nobis enim sufficere est receptum communis usu ipsius ecclesiæ: de quo patet tum ex citato cap. 1. tum ex eo quod in Concil. Trident. sess. 25. cap. 15. De regularibus, irritetur votum solemnem religionis: sive à viro sive à feminina emissum ante exploratum annum ætatis 16. vbi etiam irritatur emissum ante annum probationis. Locum vero habet secundum memoratos authores in utilidibus istiusmodi, quantumvis ille qui votet sit ante pubertatem capax dolii, componebat rationis sufficienter ad mortaliter peccandum. Locum habet item, etiam si impubes ipse, de partis aut tutoris consensu professionera faciat, prout expressit Nauarr. in Enchir. cap. 12. num. 68. Ratio vero est, quod neutro eorum modorum tollatur inhabilitas illa, quam ecclesia pro sua in omnes filios deles autoritate, inducit.

Sed

272. Sed queret aliquis, An votum ipsum solenne religionis intra puberitatem emissum, ita nullum sit; vt ne voti quidem simplicis vim habeat. Ad quod Syluester in cotta quest. 2. negatue responderet, credens obligare tanquam votum simplex: idq; de mente D. Thomas 2.2. quest. 189. art. 5. Idem etiam Palud. non obscure innuit in 4. distin&. 38. quest. 2. divisione septima: & post eum D. Anton. in memorato cap. 3. §. 2. circa principium: dum dicunt impuberis non posse professionem facere qua valeat ut sollemnitas: per quod, rr videtur, significant valere tantum ut votum simplex. Contrarium vero tenendum est cum Caier. ad prius memoratum D. Thom& art. 9. col. 1. & cum Soto in citato art. 2. paulo ante solutionem argumentouf. Probat enim aperte ex eo, quod in cap. vnioco, De regular. in 6. taliter professo fiat potestas libere redeundi ad seculum: quod sane Ecclesia minime faceret, si alisteretur quantum in se est, religiosum seruare institutum. Ad idem quoque aperte facit Concil. Trident. cum in memorato cap. 15. professionem in quacumque religione, sive virorum sive mulierum, factam ante decimum sextum annum, decernit nullam esse, nullamque inducere obligationem ad aliquius regulam, vel religionis vel ordinis observationem, aut ad alios quo cumque effectus. Non debet vero nos mouere quod a Sylvestre pro se D. Thomas citetur; quia dubium non est quin huius mentem melius quam ille, assicuri sunt Caier. & Soto, eius quoque perpetui sectatores ac interpres commendatissimi. De Paludano autem & D. Antonino dici potest eos tantum significare voluisse, quod impuberis nequeant votum solenne emittere, licet facere possint votum simplex: adeo que minime id intendit, quod ex dicto ipsorum illatum est.

273. Porro ea de qua hic agitur pubertas, consideranda est praesce, penes etatis annos: ut nimirum nunc secundum ius nouum in Concil. Trident. editum, sive masculus sive feminina, nisi 16. annum expleuerit; & antea secundum ius antiquum, nisi masculus 4. & feminina 12. annum impleuisse, nequievit valide facere solenne votum religionis: quantumvis ante eam etatem effetti ita dolii capax, ut iam haberetur pro pubere, quemadmodum notatum est à Diuo Antonino 2. partit. undecimo cap. 2. §. 6. & 3. p. r. s. it. 16. cap. 3. in princip. & a Soto lib. 7. De iust. & iure quest. 3. art. 2. conclusi. Neque refert, quod circa matrimonium (ad quod etiam pubertas requiritur) malitia seu dolii capacitas possit eam etatem supplerre, iuxta cap. De iust. 2. & cap. finale De desponsatione impuberum. Non refert inquam, quoniam ea de qua loquimur voti inualiditas, non speciatu ex rei natura, sicut inualiditas matrimonij; sed ex eo Ecclesia statuo, quo impuberis professio nulla est: quid malitia etatem suppleret.

274. Quod attinet ad cetera vota, nihil circa tempus etatis, Ecclesia de eis prescripsit: adeo ut si quis iam dolii capax intra puberitatem suscipere sacram ordinem, solenni continentia voto adstrictus esset, ut habent Caier. 2.2. quest. 88. art. 9. & Soto in 7. De iust. & iure quest. 3. art. 2. Eadem quoque ratione, vota simplicia ab impuberis emissia censenda sunt valida: sicut et legittimum habuerit rationis vsum, ex eodem Caetano ibidem, & in verbo Votum cap. 3. & 2.2. quest. 189. art. 5. Id quod verum est, etiamsi votum sit simplex religionis, prout Syluester expressi in verbo Votum 3. quest. 5. cui Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 68. consentit, repudiata contraria (quem Angelus & Rofella insinuant) sententia.

275. Adverte autem, quandonam puer legitimum rationis vsum habeat, non posse certo definiri ex tempore; quoniam is solet alii citius & alii tardius aduenire, ut constat experientia, vnde non est tam ad etatem quam ad dolii capacitatem attendendum: nimirum considerando ac expendo capiatne quid importet votum Deo facere, prout Caier. ait in citato cap. 3. Aut an polleat eo rationis vsum, quo possit mortaliter peccare; quod idem est, ac posse diabolo fe obligare: si enim comprehendatur potuisse quād voulit, indicari debet, iuxta antedicta, cum deliberatione ad validitatem sufficienti, voulisse. Quam omnium sententiam esse nota Nauarrius in eodem num. 68. Ad-

dens nihilominus quod possint parentes & tutores omnia taliter ab impuberibus emissis vota irritare. De qua re in seq. cap. 21.

C A P V T X X.

De iis que excusat ab executione voti emissi.

S V M M A R I V M.

276. Quatenus ratione dubii, detur excusatio ab executione voti emissi.
277. De ea que datur ratione materiae, generale documentum, cum corollariis ex eo deducit.
278. De eo qui voulit ieunare, & impeditur exequi ob infirmitatem corporis.
279. Ingredens religionem non tenetur implere votum peregrinationis Ierozolymitanæ: nec tenetur quis seruare votum non transiendi feri aliquem vicum, si causa iusta ob quam emissum est, cessabit.
280. Impossibilitas implendi votum, absolute liberat ab eius executione, silla sit perpetua, non item si tantum temporalis.
281. Quando impossibilitas excusat, nihil necesse est commutacionem fieri in aliquid possibile; & cum impossibilitas excusat solum ex parte, reliqua pars possibile est executioni mandanda.
282. Explicatio difficultatis, An famina que virginitatem voulit, liberabit a voto, si formicetur.
283. Qui votum à se emissum non potest per se implere, non tenetur per alium; exceptu duolus casus.
284. Quatenus ex intentione voulentis habeatur excusatio à voti executione.
285. De obligatione ad executionem voti sub conditione.
286. De obligatione ad executionem voti, cui definitum est certum tempus: & quid sit agendum, cum nequit quis comprehendere, ad quod tempus si vouluerit se obligare.
287. Quid agendum, cum v. u. ex conscientia sua iudicio reprehendere nequit, an pecet differendo executionem sui voti.
288. Responso ad dubium, An qui tempore p. fixo non impluit votum teneatur, alio sequenti tempore implere.
289. Quid agendum, quando in idem tempus incident duorum votorum executiones incompatibilis.
290. Quid sit iurandum de obligatione ad ieunium incidente in diem Dominicum, aut nativitatem Domini.
291. Quid sit agendum cum quis sine non potest quodnam ex pluribus voulent.
292. Quid cum illud, de quo emissum est votum, recipit maius & minus.
293. De loco & tempore in quo votum mandandum est executioni.
294. Define & modo actionis, quod non cadant sub votum.

E X C U S A T I O ab executione voti aliquando continet ratione dubij de voti validitate, aliquando ratione materiae, & aliquando ratione intentionis.

De excusatione dubii de validitate voti.

S E C T I O I .

A D hanc excusationem spectant ea de quibus discussiuntur aliis magno numero citatis Thomas Sanchez in lib. 1. De matrimonio disput. nona, dubio 3. & Suarez De religione tra. 6. lib. 4. cap. 5. Sufficientia ad nostrum institutionum completemur aliquot documentis. Quibus primitendum est, dubium quoddam esse negativum, & quoddam positivum: negativum quidem, cum intellectus sic est suspensus, ut neutrī parti probat alienum; quia pro neutrā rationes habet, que sufficiant ad ferendum iudicium probabile: positivum vero, quando verique parti adhibet alienum, quia pro vtraque, rationes habent sufficietes ad iudicium probabile ferendum. Quod si pro una tantum parte rationes probabiles habeat (quia scilicet conjectura quae in alteram occurrit, adferunt solummodo formidinem, non item evidenter aliquam moralem) non erit censendus dubius, sed certus moraliter de eadem parte.

276.

L 4

Qui-